Nous Guillaume de Nassau Prince d'Oranges, Comte de Nassau, de Viande, de Catzenelleboge, de Buere, de Diest etc. Seigr Baron de Breda, d'Iselstein etc. et Anne d'Egmond Princesse d'Oranges, Comtesse de Nassau, de Buere etc. Certifions et confessions par ceste, apres que nous avons cedé et transporte (*sic*) la Maison, Chasteau, Ville Pays et Seigneurie de Lingen avecq tous ses appertenences, ensemble les quatres Villages a scavoir Ibbenbueren, Mettingen, Recke et Brochterbecke, comme iceulx sont succédé et devolu a nos Princesse, par les trespas de feu notre Seigneur et Pere d'heureuse memoire Comte de Bueren, et pourtant trouvé necessaire, que nous dechargeons et quittons le Drossart Commandants et Soldats au Chasteau et Maison de Lingen, ensemble les Juges, Justiciers, Bourgmans, Vassaulx, Magistrats, Bourgeois, propres, Inhabitans et communs Subjects de la Ville, Pays et Seigneurie de Lingen, et villages susdt avecq leur appertenences, de tel serment de fidelité, dont ils sont attachez, tenuz et obligez à nous Princesse. Si est que Nous Princesse susdt par le consent et autorité de nostre Prince, desirans satisfaire aux lettres de transport et cessions, desia (*sic*) faictes, avons quitté et dechargé le Drossart Commandant et Soldats au susdt Chasteau et Maison de Lingen, ensemble les Juges, Justiciers, Bourgmans, Vassaulx, Magistrats, Bourgeois, Propres, Inhabitans et Communs Subjects de la Ville, Pays et Seigneurie de Lingen, les Villages susdt avecq leur appertenences, de telle fidelité, devoir et serment les quelles Ils ont faict a feu nostre Pere et apres son trespas a nous Princesse, et dont ils aluy et a nous estoient obligez tenuz et chargez, les enquittans tous en general et particulier francqs et libres: et les renvoyons a sa Mté Imperiale et ses hoirs comme Seigneurs et

Donnes de Lingen. En tesmoing de quoy avons nous Prince et Princesse soubsigné icettes, et nous Prince susdt y faict affiger nostre Cachet. Donnez en nostre Ville et Chasteau de Breda le 26. d'Aoust 1551. Estoient soubsignez Guillaume de Nassau, Anne d'Efmond, et sceltez avecq le Cachet dudt Prince en cire rouge pendente en queue double.

5.

Cod. Chis. Q. II. 52, fol. 118.

Memoriale.¹⁾

Ex pactis inter Hispanos et Hollandos debuerunt et politica et Ecclesiastica in Dominio Lingensi relinqui in Statu pristino; sed neglectis pactis Orangius non tantum collocavit praesidiarios Hollandos, et mutavit officiales politicos, sed etiam in pago Ippenburen (qui est valde amplius) constituit praedicantem Calvinistam, ut incolae duarum horarum iter conficere cogantur propter Missam audiendam; matrimonium contrahere coram praedicante, cum tamen ibi Concilium Tridentinum sit promulgatum. Idem fecit in pago Plantlunen. in pago Tünen parochia iam tribus annis vacat, nec licet substituere Catholicum sacerdotem ob prohibitionem Orangij. Archipresbyter in Civitate Lingensi debilis est, cui mortuo censent omnes substituendum Calvinistam. idem fiet in ceteris locis adeoque actum erit de religione Catholica in toto Dominio Lingensi, nisi Hispani se interponant.

¹⁾ Ausführlicheres über die hier berührten Vorgänge gibt Goldschmidt a. a. O. S. 113 ff.

6.

Cod. Chis. Q. II. 52., fol. 1.

Articulus

Inter Ill^{mum} Principem et Dnum. Georgium Ducem Brunsvicensem et Lüneburgicum et Praenobilem Dominum Dodo de Inhausen et Kniephausen Regiae Matis Suecicae respective Generalem et Marschallum ex una atque inter R^{mum} Cathedrale Capitulum et Senatum Osnabrugensem ex altera partibus, ratione deditionis mentionatae urbis concordati (sic). Actum in monasterio S. Gertrudis ante Osnabrugam 1633, Sept. 2/12. 7)

1. Imprimis quod pro Ill^{mo} Principe Episcopo instanter propositum, illud pure negatum est, alioquin obtentum (sic), quod R^{mum} Capitulum omnibus suis habitis privilegijs, immunitatibus, jurisdictionibus, statutis etc. bonis obventionibus una cum exercitio religionis Catholicae, et ejus Ecclesiâ sine cujusvis perturbatione utatur, nec contributionibus, inhospitalitatibus aut quibuscunque militaribus oneribus ipsi nec famuli eorum gravabuntur: sed omnia observanda erunt ad normam ejus sub R^{mo} et Ill^{mo} bonae memoriae Philippo Sigismundo Episcopo postulato dioecesium Osnabrugensis et Verdensis, Duce Brunsvicensi et Lüneburgensi solitam et laudabiliter observatam.

2) Secundo Collegialia Capitula in urbe ad Sanctum Joannem et in Quakenbrügge, cum toto Clero suo eodem modo gaudebunt, quo solebant tempore optime memorati Episcopi Philippi Sigismundi, viva et commendabilissima administratione.

3. Pro tertio Ill^{mi} Principis Cancellaria et Cathedralis Capituli archivium et repositura cum omnibus juribus, documentis, sigillis et literaturis, templi ornamentis, monumentis et reliquijs, nullo excepto, locis suis illaesa et integra permanebunt recondita.

4. Quarto. Omnes praesentes et alioquin ad praesidium confluientes Praelati, Religiosi et aliae quaevis Ecclesiasticae personae

7) Vergl. Goldschmidt Franz Wilhelm v. Wartenberg (1866) S. 100 und (E. Stüve) Geschichte der Stadt Osnabrück III. 174.

utriusque sexus, cuius status et conditionis fuerint, qui tempore optime dicti Episcopi fuerint permissi, sub hoc Accordato comprehensi sint et ad suas Abbantias, monasteria et coetera bona admittantur. Reliqui vero qui hisce bellicosus tumultibus introducti sunt, jure emigrationis potiantur, proque suis rebus disponendis omni meliore modo trium mensium terminus conceditur, et interea in civitate remanentes ab omni militum invasione, inhospitatione, alijsque oneribus liberi manebunt hoc solum supposito, quod ab omni inimicabili hostilitate prorsus abstineant.

5. Quinto Dus Cancellarius Ill^{mi} Principis et Officialis, Consiliarij, secretarij, alijque ministri ejus abque officiorum functione in civitate manebunt, hac cautela adhibita ne sub praetextu obligationis juris iurandi aut iurati, quo Episcopo obligantur nihil in praeiudicium periculose practicent. Syndicus autem et secretarius Capituli alijque huius ministri, eorum omnium participes sint, quae isti Capitulo concessa sunt.

6. Sexto. Omnes huius dioecesis et urbis Commendae, Abbatae, Conventus et monasteria utriusque sexus, dummodo caducitati non sint subjecta, aut jure belli de facto subacta: Item omnes Pastoratus, Pastores et Ecclesiastici tam in civitate quam oppidis et pagis in publico exercitio religionis, privilegijs, immunitatibus Ecclesiasticis, obventionibus, gradibus et dignitatibus, prout olim tempore felicis record. Ill^{mi} Principis Philippi Sigismundi q. Episcopi consuevit et permissum fuit. Exules quoque et ad praesidium confugientes in pristinum suum statum admissi restituantur, exceptis religiosis personis noviter introductis.

7. Septimo scholae etiam juribus suis, quibus tempore soepius bene praefati Principis Episcopi Philippi Sigismundi usae sunt, deinceps perfruantur.

8. Octavo. Nobiles personae earumque bona in hac urbe inventa, cum aedibus in suis exemptionibus et jurisdictionibus permanebunt absque molestatione et ipsae cum suis bonis ad⁸⁾ praesidium urbis confugientes libere et licite ad placitum earum dimittentur.

9. Nono. Modernus Episcopus ex hoc Accordato cum suo regimine et obventionibus seclusus erit. Suae tamen Celsitudini ad terminum trium mensium libertas conceditur, prout videbitur, apud Excell^{limum} Dnum Cancellarium sive Coronam Regni Suecorum

⁸⁾ Ms. ab.

interea sese accommodandi vel aliud quodvis pro velle et posse effectuandi.

10. Decimo. Omnes Ecclesiastici et saeculares cuiuscumque status et dignitatis sint, cum appertinentibus et bonis suis, qui permanere non voluerint, ad beneplacitum suum, cum exitu Caesarei militis intra sex hebdomades, concessio salvo conductu, copiis conducentibus et necessariis veredarijs sive curribus et aurigis, absque perlustratione et molestatione, solutis prius debitis, quibus inclinatis obligati sunt, emigrandi jus et facultatem habebunt. Hoc tamen excepto, quod sub specie bonorum suorum propriorum nullius alterius bona assumere neque evehere possint vel debeant.

11. Pro undecimo. Praesidium civitatis erit juxta discretionem et rationem judicij optime mentionati Ill^{mi} Principis et Excell^{mi} Dni exercitus Mareschalli, hac saltem limitatione, quod Consules et senatus urbis sexcentos milites cum suis adjunctis Officialibus intus accomodabunt, quibus aut subsidio contributionum aut administratione cibi et potus ad usque ulteriorem Dni Generalis Commissarij Erci Andersohns dispositionem, juxta ordinationem Camerae Regiae subvenient. Et si qua ratio belli postulaverit, quod plures milites collocandi forent, illos admittant, verumtamen hisce non nisi ad simplicem administrationem, quod vocant Cerviss, obligati erunt.

12. Duodecimo. Consules et senatus in gradu status sui illaesi, prout etiam communitas civium juxta privilegia, jus et justitiae aequitatem, laudabiles consuetudines, liberam senatus electionem, sicut olim sub laudabili regimine bonae memoriae Philippi Sigismundi moris fuit, manutenebuntur.

13. Tertio decimo. In omnibus erunt Cives et milites invicem unanimes et pacifice consentientes, casu autem, quo lites inter eos mouerentur, Cives apud ordinarios suos superiores et Milites coram suis legitimis officialibus agent, pro decisione vero differentiarum ex utraque parte superiorum secundum causae exigentiam Commissarii constituentur et nulla desuper executio militaris erit adhibenda: sed cuique parti satisfaciendum et litis pendentys cursus suus permittendus.

14. Decimo quarto. Milites eorumque Commendatores non immisceant sese jurisdictionibus civilibus, registraturis, mulctis, redditibus aut obventionibus sed relinquentes unumquemque in suo gradu pacifice, non inturbent vectigalia et his similes exactiones, sed ipsis civibus liberum eorum in- et evehendi conductum praebeant.

15. Quinto decimo. Cum cives stante juramento et fidei obligatione durante etiam obsidione ad moenia se conferre debuerint, hujus rei causa Consulibus et senatus generalis condonatio cum tota civium communitate, inter quam armorum curatores, tormentorum explosives eorumque amanuenses numerati intelliguntur, imo etiam omnibus incolis, sive Ecclesiastici illi sint sive seculares, concessa sit et quicquid hostilitatis tempore obsidionis attentatum est, oblivioni tradatur.

16. Sexto et decimo. In religionis puncto nullus perturbetur, sed alter alterum absque molestatione dimittet.

17. Decimo septimo. Collocatio militum ad hospitia penes senatum consistere debet et illius ordinationi milites acquiescent.

18. Decimo octavo. pro (*sic*) capitalibus aut substantialibus excubijs, focus igneus et lumen accensum, sicuti sub praesidio Caesareanorum consuevit, ministrabuntur.

19. Decimo nono. Tormenta bellica civitati propria, eidem remanebunt nec alio avehantur, quae etiam in fortalitio Petersburg habentur, quantum per exercitum hunc fieri poterit, restituentur.

20. Tandem vigesimo. Milites ad praesidium in civitate sine excursionibus remanebunt, praesertim vero ne civibus aut cuiquam alteri in frumentis vel hortorum fructibus ullum nocumentum adferant.

21. Demum vigesimo primo. Ad annonam ejusque subvectores quod attinet, observabuntur omnia ad usum consuetum in Regis exercitu et ad capitalem rationem militaris status (vulgo *3um flab oder gvarnisoen*) non pertinentes secludantur.

Hos igitur articulos Ill^{ma} sua Celsit^{do} et Excell^{ia} veluti Accordo sive concordata cum R^{mo} Cathedrali Capitulo et senatui ac toti communitati singulis ac universis in Osnabrugensi civitate pro generali condonatione et aversione violentiae militaris, rapinae et depraedationis inivit. Voluntque et debent eapropter benemeratum Capitulum et civitas Osnabrugensis Regio aerario, sive Cassae ad limitatos modos et terminos, juxta quos omni meliore ratione cum Generali Commissario convenient, sexaginta millia Imperialium in specie inferre, quorum praestita solutione praesentes articuli sive Accordo et concordata suam confirmationem et plenam executionem, vim atque robur obtinebunt. In quorum fidem praesentes ab optime memoratis contrahentibus singulatim et universim subscripti et subsignati sunt. Actum in monasterio Stae Gertrudis ante Osnabrugam die $\frac{2}{12}$ Septembris Anno 1633.

L. S.

Georges. m. pr. D. v. Kniephausen.

7.

Cod. Chis. Q. II. 52, fol. 25.

Der Generalkommissar Gregersohn empfiehlt dem Schwedischen Platzkommandanten von Osnabrück, Ludert Hendersohn, das Domcapitel und die Kirchen. Minden 1639, Juni 10.

Nobilissime ac strenue, gratiose et multum colende D'ne Colonelle frater etc.

Quandoquidem laudabilissima Regia Administratio Stockholmen-sis similiter Excell^{mus} D'nus Regni Cancellarius Dn'os Capitulares Ecclesiae Osnabrugensis, etiam in et extra urbem illam situata monasteria et universum Clerum vigore initi contractus seu Accordo, per omnia assumendos et manutenendos esse rescripserit ac mandarit, ratione cujus mandatum istiusmodi antehac ad me pervenit. Hinc Dnum Colonellum officiosissime requiro, ut ad optime memoratae Regiae Administrationis et Excell^{mi} Dni Regni Cancellarij gratiosissimam intentionem implendam, supradictos DD. Cathedralles ac alios Ecclesiasticos sibi optimo titulo recommendatos habere dignetur, quatenus superius allegato contractu seu Accordo realiter gaudeant ac quantum possibile est, ratione militarium onerum ijs parcat, nec militum inhospitalitij graventur. Personae etiam religiosas et Ecclesiasticae, quia monasteriorum detentores jam deoccupant et migrant ad perceptionem fructuum et obventionum Ecclesiasticarum sive monasticarum admittantur ad ulteriorem usque ordinationem; easdemque personas contra quosvis violentos incur-sus defendat ac tueatur. Quia igitur D'ni Colonelli laudabilis discretio mihi summopere commendata nota est, atque ex propria commiseratione afflictis condolere soleat. Hinc non dubito, quin eo amplius Clero favorabilis erit ejusque partes tuebitur et maneo cum divina recommendatione.

Dat. Mindenae die 10. Junij, Ao. 1639.

Dni Colonelli et fratris

Servus obsequiosissimus

Carl. Gregersohn.

A Monsieur

Monsieur Ludert Hendersohn, Rütter le
Colonel de Sa' Mté. de Suedt Commandant

à

Osnabrugk.

Dieselbe Hand wie beim Briefe der Königin Christine von Schweden (unten S. 355.)

Cod. Chis. Q. II. 52, fol. 22.

Copia literarum D. legati Salvij Ad D. Commendantem et Commissarium Petrum Brandt in Osnabrugk. Hamburg 1639, Aug 28.

Nobilis, strenue et spectabilis, gratiose Domine Commissarie.

Non debeo celare Dominationem Vestram, qualiter Capitulares Cathedralis Ecclesie Osnabrugensis diversis vicibus varia gravamina praesertim ex parte monasterij Iburgensis, cui ad multum temporis consuetae obventiones subtractae sint, ideoque religiosae personae ex defectu sustentationis migrarint, et plura alia taediosa incommoda sustinuerint inflicta, quae Excell^{mo} Dno Regiae Mat^{is} Franciae Legato humiliter oblata et proposita sunt, unde sua Excell^a occasione accepta me convenit, ex quo Regni Sueciae Administratores, similiter Excell^{mus} ejusdem Regni Cancellarius decreverint Reverendiss^m Capitulum Osnabrugense, prout etiam in- et extra urbem situata Monasteria et universum Clerum juxta priorem contractum initum seu Accordo in omnibus et per omnia defendendos et manutenendos esse, illos vero hactenus valde parum perfructos. Hinc etiam ego invocatus sum utiliter ad D^{num} Commissarium pro integra bona observatione priorum concordatorum et approbatione eorum, atque ut deinceps supradictum Monasterium Iburgense secundum illa manutentioniam accipiat et effectualiter perfruatur, plene annuos suos redditus sublevet et exules Religiosae personae reassumantur, Amptmannus modernus dimittatur, et praesertim ac prae reliquis Amptmannus Everdinck in monasterio Gertraudtenberg usque ad expectatum redditum Gustavi Gustavi ab officio suspendatur et ille conventus amplius non molestetur, meas recommendatitias literas ut adjungerem sibi in optima negotium forma recommendarem, Cum igitur certissimum sit et nullum dubium, quod laudabilissima Corona Suecica decreverit et non aliud intendat, quam quod juxta concordata fiat et quilibet sua religione ac privilegijs gaudeat, nec quicquam in contrarium attendetur. Hinc plane de sua Dominatione confido, quantum ad se pertinebit et in potestate habeat, idem observabit et bene diriget, quatenus Domini Capitulares omnibus suis gravaminibus exonerati petitionis suae exoptatum secundum possibilia effectum consequantur. Hoc ipsum D^{no} Commissario praeter obsequia mea requirentibus negotij circumstantijs et necessitate, cum divinae protectionis

apprecatione significare volui et debui. Hamburgi 28. Augusti, A^o. 1639.

D'ni Commissarij

paratissimus semper

J. A. Salvius subs.

Dieser Brief ist wie der vorhergehende der Königin Christine von Schweden für das Denabrücker Domkapitel d. d. Nieföpinck 1640, März 28. von derselben Hand geschrieben.

9.

Cod. Chis. Q. II. 52, fol. 21. Original?

Die Königin Christine von Schweden nimmt das Domkapitel von Denabrück und andere Kirchen in ihren besonderen Schutz.

Nieföpinck 1640, März 28.

Nos Christina

divina providentia Suecorum, Gothorum et Wandalorum designata Regina et Princeps haereditaria, Dux (*sic*) magna Finlandiae, ducissa Estinae et Careliniae, Domina in Ingermanlandt etc. Notum facimus quandoquidem Praenobile Cathedrale Capitulum Osnabrugense in Westphalia pro se et alijs Collegialibus Ecclesiis, Commendis et monasterijs ac religiosis personis humillime significaverit, qualiter ab aliquo tempore, ultra quam deceat, in comparatione aliorum statuum territorij Westphalici in quibusdam notabiliter aggraventur ideoque submissee nobis supplicarunt, quatenus in speciali salvaguardia aut salvo conductu juxta aequum et justum illos defendamus, neque supra aliorum aequalitatem praegravari sinamus. Nos ejusmodi Cathedralis Capituli ejusque competentium dignas preces clementissime respeximus, praesertim vero ad intercessionem Excell^{mi} Dni Legati Regis Galliarum Comit^{is} de Avaux consensimus, ut ipsi non tantum in suo exercitio religionis imperturbati relinquuntur, verum etiam in contributionibus alijsque militaribus oneribus neutiquam ultra aliorum Evangelicorum dioecesis statuum onera graventur, sed in omnibus et ¹⁰⁾ singulis vicibus recta et

¹⁰⁾ Fehlt in der Handschrift.

aequalis proportio cum reliquis observetur. Mandantes igitur omnibus et singulis nostris circa illa loca praesentibus Generalibus, Colonellis, Commendantibus, Commissariis alijsve superioribus et inferioribus officialibus et vulgaribus equestribus ac pedestribus clementissime ac serio imponimus, ut ad ingressum praetacti Cathedralis Capituli et Cleri Osnabrugensis, cum omnibus eorum ad- et pertinentibus prae specificato modo in suae religionis exercitio absque omni molestatione liberi permittantur, et indecenter aut immodice non graventur, sed tam in Contributionibus, quam alijs militiae oneribus plane aequalis conformitas, cum reliquis Evangelicis observetur, multo minus ipsos ac eorum appertinentes privatis exactionibus, incendijs, depraedationibus, rapinis hostilibusve invasionibus vel istiusmodi insolentijs infestent aut offendant, defendant potius, et tenore praesentis hujus salvaguardiae aut salvi conductus nostri per omnia quietos et inoffensos manteneant, ac contra omnem violentiam et incursiones quas praeter nostram spem et existimationem desuper irrogarentur, decenter succurrant et tueantur. In quorum fidem praesentes Regio secreto sigillo confirmatae a nostris et Regni nostri Svecici respective Tutoribus et Administratoribus proprijs manibus subscriptae sunt. Actum in Regio nostro castro Niekopinck, die 28. Martij 1640.

L. S.

Gabriel Oxenstirna
Gustaff Sohn
S. R. Drag.

Jacobus de Cahan
Deß R. S. Lanft.

Axell Drenstirn
Deß R. S. Gangler.

Carl Buldenheimb
Krichs Admirall.

Gabriel Drenstirn
Erbgeessener Freyherr
auf Werelburg und Lindtholm,
deß R. Schatzmeister u.

10.

Cod. Chis. Q. II. 52, fol. 26.

Rundschreiben Torstensohns an alle seine Hauptleute, Schonung des Kapitels und der Kirchen Osnabrücks unter Androhung von Leibes- und Lebensstrafe gebietend. Aus dem Lager in Lauenburg 1641, Novb. 10. — *Copia salvi conductus Generalis exercitus Mareschalli Torstensohn.*

Regiae Matis et Coronae Suecicae nec non
 Confoederatorum respective Consiliarius
 Regni, Generalis et Mareschallus militiae
 Germanicae, Gubernator Pomeraniae
 Linnardt Torstensohn
 Haereditarius in Redsta Farstena et Rasick.

Posteaquam nomine Regiae Matis et Coronae Suecicae Excell^{mus} Dnus Rmum Cathedrale Capitulum Osnabrugense, Collegium Sancti Joannis ibidem cum omnibus suis appertinentibus, personis Ecclesiasticis, et secularibus famulantibus etiam Commendatoriam et monasteria cum suis bonis pertinentibus ex certis et notis causis, in singularem protectionem, defensionem et tutelam ac- et receperit, prout tenore harum fit. Hinc sua Excell^a omnibus et singulis suae directioni seu Commando subjectis praesentibus tam primi quam secundarij ordinis officilibus et Commendantibus, nec non cunctis militibus equestribus et pedestribus mandat, quatenus bene memoratum Capitulum et Collegiatam Sancti Joannis cum suis Ecclesiasticis et secularibus famulantibus atque etiam Commendatoriam et monasteria, ut supra nominata, cum suis bonis et pertinentijs ab hinc et deinceps omnibus modis pacifice quiete imperturbate absque omni molestatione relinquunt. Et in contemptum harum, sub quo- cumque etiam protextu id fieri possit, in minimo non opprimant, contristent, neque laedant; multo minus propria autoritate praesumpta, inhospitatione, contributionum exactione, incendiorum redemptione aut ipsis incendijs, rapinis, equorum abductione, pecorum sive majorum sive minorum abactione, frumentorum aut quarumvis rerum insolenti et violenta infestatione molestent aut gravent vel praesentem saluum conductum sive salvaguardiae literas in minimo violare audeant: sed potius eas, earumque authenticas copias omni ex parte sub interminatione

gravissimae offensae et aliarum discommoditatum etiam secundum rationem inventae transgressionis sub irremissibili corporis et vitae poena decenter respiciant et in continua aestimatione inviolabiliter observent, velint et debeant Ad interminatae poenae cautelam. Datum ex castris nostris in Lawenburgk die 10. Novembris A^o. 1641.

L. S.

Linnardt Torstensohn mp.

Dieselbe Hand wie beim Briefe der Königin Christine von Schweden.

44.

Cod. Chis. Q. II. 52, fol. 29. Copie.

Herzog Georg von Braunschweig nimmt das Kloster Iburg in seinen Schutz. Osnabrück 1633, Sept. 5.

Nos Georgius Dei gratia Dux Braunschvicensis et Luneburgensis Regiae Majestatis Generalis per Praesentes notum facimus et attestamur quod Dnum Abbatem Priorem Cellarium ac omnes et Singulos Conventuales Monasterij Iburgensis cum suis famulis et appertinentibus, etiam obventiones et omnia alia bona et possessiones ad illorum instantiam et usque nostram revocationem in nostram specialem defensionem ac tutelam susceperimus adeo ut nemo sine nostro aut D. Mareschalli exercitus speciali consensu in prefato Monasterio Iburgensi se audeat collocare seu quartirium assumere, neque de eo incendiaria postulare nec rapinas, pecuniarias exactiones aut depredationes exercere, nec quasvis insolentias aut alias pressuras et onera imponere sed potius pro viribus ad defendendum et Contuendum obligatos se esse sciat (*sic*). Quapropter omnibus nostris Supremis Colonellis locum tenentibus Magistris Equitum, Capitaneis cunctisque aliis nostri exercitus Superioribus et inferioribus Officialibus Equestribus et Pedestribus seria Clementia mandamus et volumus, respectu hujus Salvi conductus seu Salvaguardiae conscriptae per fatum Dnum Abbatem et suos Conventuales Monasterij Iburgensis firmiter ei inviolabiliter defendi et contueri, nec permittendum neque concedendum¹¹⁾ mi-

¹¹⁾ *Hs* concedendum.

nimum ab ipsis sive a quolibet ipsorum attentari contrarium, sub poena extremae indignationis nostrae et pro ratione transgressionis etiam Capitalis Sententiae interminatae, Secundum quam quisque sibi precavere noverit.

Datum Osnabrüge 5. Septembris, Anno 1633.

L. S.

George.

12.

Cod. Chis. Q. II. 52, fol. 30. Copie.

Vogtetis Praefecturae sive Jurisdictionis Iburgicae singulatum et viritim praesentium vigore mandatur, ut ad requisitionem et instantiam Joannis Wilte Amptmanni Iburgensis ejusdem Monasterij Iburgensis Cellerarium absque omni mora et tergiversatione apprehendant et fortiter custoditum huc in urbem sub poena quinquaginta florenorum aureorum adducant. Cui nostro mandato parere et poenam interminatam evitare scient. Dat. Osnabrügk die 3. septemb. A. 1634.

Ordinarius Director et Vices gerens

Dioecesis Osnabrugensis

L. S.

Hermannus Meyer

à

Muntzbrock.

Subscriptum

Vogtetis Praefecturae

Iburgensis.

Hand wie beim Briefe der Königin.